SG


RECUEIL
DE LETTRES
ET DISCOURS
ADRESSÉS
A DIVERS
PERSONNAGES
(XV-XVI.E S.)

LETTRE
DE CHRISTOPHE
COLOMB
DE INSULIS NUPER
INVENTIS











La pièce 9 de ce recueil est la seconde édition de la traduction latine de la Lettre de Colomb relatant la découverte du Nouveau monde.

Elle a été imprimée par Stephanus Planck, à Rome en 1493, lequel a également imprimé la 1re édit. — mais en omettant au titre le nom de la reine Isabelle.

Dans celle-ci, Planck corrige cette omission, ainsi que le nom du trésorier des Rois Catholiques.

C'est le no 4 de ma Bibl. Amer. Vetustissima

Henry Harrisse

3 juin 1892

les fiches portent pièces 1 à 6
puis pièces 1 à 30.

P. 1 - Daté de 1522.
2. - id -
3. circa 1522
4 --
5 } --
6 } Daté de 1522

Ces six premières pièces forment les ffts. 1 à 27 du vol. et sont toutes du XVIe s.

Pièces incunables : n° 1 (6) Daunou 463 - Pellechet 4090
2 (7) - 416 - 3230
3 (8) - omis - omis
(cf. 2 autres ex. D. 480 - 5060 et un 4e ex.
OE XV. 351 p. 12).
4 (9) Daunou 718 - 3862
5 (10) - 465
6 (11) - 675
7 (12) - omis Pellechet omis
(cf. OE XV. 351 p. 27 667 - 1686)
8 (13) Daunou 710
9 (14) - omis - omis
(cf. OE XV. 351 p. 22 671 - 5019)
9* (15) - omis -
(cf. OE XV. 351 p. 23 669
9** (16) - omis
(cf OE XV. 351 p. 28 673
10 (17) - 653
11 (18) - 665
12-13 (19) - 674 Pellechet 2048
14 (20) - omis
(cf OE XV. 351 p. 29 712
15 (21) - 461 Pellechet 4816
16 (22) - 588 - 4433
17 (23) - 590 - 2836
18 (24) - omis mais sous le n°
832 Daunou cite l'ex. [351] qui n'existe
pas ds. cet autre recueil : c'est sans doute une erre
19 (25) - 534
20 (26) - 792
21 (27) - 419 coté à tort [351] ?


T.S.V.P.

22 (28). Daunou 717.
23 (29) – 287.
24 (30) – 313
25 (31) – 314
26 (32) – 466
27 (33) – 451

---

28 (34) Pièce datée de 1523
29 (35) – 1524
30 (36) – 1521.

n°4(9) Lettre de Christophe Colomb



n° 24

Oratio in funere illustris dñi Leonardi de robore Alme vrbis p̄fecti ducis archie ac regni Sycilie Magni comestabilis ꝛc. habita a Reuerendo. p. D. Francisco episcopo Caurieñ. ac. S. d. n. pape Datario.

Cum plurima sint Reuerendissimi patres Et nos p̄stantissimimi viri que nos iure ortantur et admonent: ne pro his qui vita excedunt vlla animi perturbatione moueamur: Unum illud ego vel maxime conferre mecum soleo: qđ Apostolus Paulus Thesalonicensibus scribit dicens. De dormientibus nolite contristari: sicut ceteri qui spem nō habent. quasi illorum proprium sit contristari de mortuis: qui nihil hac vita dignius. nihil felicius. nihil deniq; beatius arbitrantur. Nos autem qui fide prediti sumus ꝛ eos qui cum pietate dormitionem accipiunt optimam credimus habere repositam spem: tristari profecto non decet: quando ea que mors esse videt̄ ac dicitur: mortis potius q̄ȝ vite interitus existimanda est. Nam quis non videat q̄ȝ verius mors dicatur esse q̄ȝ vita: que tantis erumnis ꝛ calamitatibus circumsepta est: tantisq; miserijs ꝛ laboribus plena: vt per innumerabiles mutabilitatum defectus multarum mortium feda varietate rapi quottidie videamur? Quis enim vitam appellet quam iuuentus extollit: quam senectus incuruat: infirmitas frangit: meror opprimit: gaudiumq; dissoluit quam deniq; humores perturbant. dolores exterminant. calores exsiccant aera morbidant. esce inflant. ieiuniaq; consumunt? Quid enim ac vita infelicius? Quid molestius? quam pleriq; etiam si nihil sibi de future vite perpetua stabilitate suaderent: mortem sibi conciscendo finire quam custodire maluerunt. Sed horrenda est mors que corporis animeq; complexum soluit: separat atq; disiungit. Orrenda est que humanum corpus quod pauloante vita preditum erat: mox examine facit: ꝛ tantam speciem talem pulchritudinem: tantumq; decorem subito resoluit in cineres. At te christiane ista non terreant. seminatur nanq; homo non perditur. ꝛ ani

30

ma recedente que semper viuit: que mori nescit: que afflatu est in spirita diuino: solum corpus emoritur. redibit illa rursum luteam q3 domum repetet: omnes eius reparatura ruinas. Discedit quidem: vt magno dei munere regnum sibi comparet sempiternu3. Caro interim iniuriam ad tempus aliquod pacietur: sed reditura est: vt cum anima pariter delicijs perfruatur eternis. Quid igitur metuis? Quid formidas? Mors quam tu meritum arbitraris ad vitam transitus est. Attende q3 magno pietatis misterio hocipsum christus suo exemplo confirmauerit: qui noluit de hac vita aliu3 exitum habere q3 mortis. Et ea propter quasi admirãs dicebat ille propheta. Deus noster deos saluos faciendi. et domini domini exitus mortis. ac si diceret / ea lege tenet natura mortalium: vt ne3 ipse dominus qui saluos facturus est alios: aliter sit abiturus e vita nisi per mortem. Consolemur igitur de morte iustorum quibus firmissima spes future beatitudinis certissimũ proponit insigne. Nam quippiam lugendi sunt: illos deflere: illos plangere decet quorum anime simul cum corporibus moriuntur. Quippe tria morientium genera esse: omnium sane qui recte senserunt prodit auctoritas. Alij nan3 in fundamento fidei stabiliti aurum argentum3 et bonorum operum preciosissimos lapides collegerunt. et hi quidem propter vite sue amplissima merita mox decedentes: Angelorum cetibus inseruntur. Alij vero quoniam vel a fundamento fidei ab errantes vel cum eo simul multis se criminum sordibus polluerunt mox rapti inferni carceribus perpetuo detruduntur. Inter hos autem medij quippiam sunt / nec tam boni: vt in ista defũcti in eternam illam confestim transferri mereantur: Nec tam mali: vt supplicijs deputentur eternis: quos propterea mediocriter bonos et mediocriter malos. Augustinus appellat. quod et si criminibus per potentiam expiati sint: habent nihilominus ligna: habent fenum: habent deni3 stipulas que purgatorijs ignibus concrementur. Enimuero per lignum, fenum / stipulam3: venialium genera delictorum et reliquias nobis Apostolus insinuat omnium peccatorum. Primis

igitur bonum qui et ipsi valde boni sunt: de felici gloria catholica ecclesia gratulatur. Secundos vero: eosque valde malos tanquam a compage membrorum christi prorsus resecatos abicit et contemnit. Pro hijs autem quos tercio memini loco: quique mediocritatem quandam ex vtrisque camunicant: orationes et preces effundit sacrificiaque offert: vt nostris adiuti suffragijs consumatam quam cupiunt veniam et indulgentiam celerius consequantur. Et quidem qui hominum isti sint: si libet agnoscere Reuerendissimi patres. si vel ex ratione viuendi iuuat auspicari qui huic sorti sint inserendi post mortem ad Leonardum ad illustrem alme vrbis prefectum nuper morti defunctum vite natum: nostre consideratio nis aciem inflectamus. Erit enim iste nobis exemplo quo vel maxime inter eos qui sui ordinis fuerint: facile dignoscere valeamus qui mereantur Abrahe sinu excipi: quibusque et nos possumus de futuris gaudijs spem haud dubiam polliceri. Igitur Leonardi vite mortisque raciones dicturus pauca equidem de multis commemorare constitui verum ea tam digna censeo et suapte natura preclara que palam facere iure debitum sit. verbis vero exornare velle superfluum. Age igitur. rem aggredior. Erat Leonardus huius alme vrbis prefectus animo et genere nobilis ac externarum rerum non immerito felix: qui fide ac religione moribusque dignissimis: omnibus in rebus clarus habitus est. Genus siquidem suum repetere non difficile video. Claret enim familia eius hodie honestissima de Robore. Totaque in Italia notissima. que et si temporum curriculis oblitterata diuque neglecta sit: non tamen ideo non clara censenda est. Cum extent prestantie sue nobilitatisque multa vestigia. que nulla temporis obliuio delere vnquam potuit. Marcus Tullius Rome caput quo res publica loqueretur erat. Nouus homo a meledicis nominabatur: repetebat tamen genus ab equitibus priscis et familia nobili equestris ordinis. Sed quid ego vetera gentilium exempla commemoro? Maria virgo domini parens: multo paupertate illustrior quam potuit quan-

talibet rerum opulentia coruscare infimo fortune demissa loco fa bro nupsit. Erat tamen regio ex sanguine orta dauitice stirpis clara propago: Quippe temporalium inopia rerum humilisqꝫ fortuna: antiq̄ nobilitatis iura obumbrare potest nō tollere Sed missam faciamus hanc partem: cum de nobilitate carnis minime deceat gloriari christianus: quorum regeneratio scd̄m spiritum est. Huic autem pristine nobilitati Sanctissimi domini nostri splendor accessit quo illustrissimo radio ea rursus familia inter ecclesiasticos et seculi principes clarescere cepit. Est namqꝫ inter vos Reuerendissimi patres Reuerendissimus ⁊ ipse Iulianus Cardinalis sancti petri. in quo vt antique nobilitatis semina quondam tenui fortuna sepulta: quasi rediuiua erumpant: ⁊ prestantissimos germinent fructus. ostendunt prese templa comissa sibi: et ꝑ tuendo p̄rimonio ecclesie res clarissime geste. in quorꝫ altro magnificētiā aīi sui in altro magnāimitatē: in vtroqꝫ ꝟo religionē q̄ nobiliū virorꝫ vel preciosissime ꝟtutes habenꝫ admirari licet. Ex eadem quoqꝫ familia inter vicarios ecclesie temporales: inclitus Johannes de Robore est. etate quidem iuuenis: sed qui pro egregie indole magnam generi suo gloriam maioremqꝫ ecclesie Romane fidem atqꝫ obedientiam pollicetur. Honestata deniqꝫ est familia hec coniunctionibus principum alijsqꝫ virtutum ⁊ fortune coruscantibus presidijs: est mirum in modum adaucta. Sed quid ego alienis immoror? Inerat Leonardo virtus que hominis propria possessio est. inerat mansuetudo atqꝫ modestia ⁊ quedam in omnes humanitas singularis. Nam coniunctus regie familie ⁊ affinitatis iure a maximis ac potentissimis regibus Sycilie Aragonum ⁊ castelle: ⁊ gener ⁊ filius ⁊ nepos habitus nominatus honoratus ⁊ cultus. Accedentibus postea ducis insignijs ⁊ magni ꝯmestabilis regni Sycilie ꝑrogatiua prefecturaqꝫ vrbis in tanto principis fauore rerumqꝫ opulentia tanta: neqꝫ superbia victus neqꝫ vanitate elatus est. Cui vnq̄ꝫ Leonardus prefectus vrbis iniuriam intulit? Cuius ciuis libertatem dignitatemqꝫ offendit? Omnibus carus erat. omnibus honestatis ⁊ benignitatis exem

Agamedi euenit cum templum delphis appollini edificassent ro
gassentqꝫ appollinem quod optimum esset homini eis daret post
triduuz in fata concesserunt Augustinus libro.x.de ciui.dei Pla
tonem philosophum refert dixisse. pater miserors mortalis illis
vincula satiebat ita vt hoc ipsum ꝙ mortales sunt homines corpo
re ac misericordiam dei pertinere arbitratus sit.ne semper huius
vite miseria tenerentur Ecclesiastes quarto capitulo testatur hoc
ipsum verti me ad alia ⁊ vidi calumnias que sub sole geruntur et
lachrimas innocentum ⁊ neminem consolatorem ⁊ laudaui ma/
gis mortuos q̃ꝫ viuentes. Spes etiam resurrectionis vos aduer/
sus huiusmodi casus innuit iubente hoc ipsum apostolo per hec
verba ad thesalonicenses quarto Non contristemini sicut ⁊ ceteri
qui spem non habent accedit etiaz siquid in morte est aduersi nō
propterea frangamur. quoniam per patientiam in aduersis pro/
bamur. Aduersitas enim teste Gregorio que bonis viris obicitur
probatio est virtutis non iudicium reprobationis. Sic quoqꝫ ali/
os exemplo vestro confirmabimus. nam Cipriani de morte non
minus grauis q̃ꝫ vera sententia est non lugēdos fratres nostros
accersione diuina de seculo liberatos cuz sciamus eos non amitti
sed premitti ⁊ occasione non esse danduz gentibus vt vos merito
reprehendant. quia quos apud deuz viuere dicimus vt extinctos
aut perdire lugeamus. nihil enim prodest se preferre virtutem et
factis destruere veritatem. Quod autem super vos ⁊ filios vr̃os
hoc tempore in Uniri rarissimi obitum flendum vobis sit. non cō
iectura assequi aut argumentis exquisitis inuenire aut men/
dicatis suffragijs confirmare opus est. sed publica quadam pro/
cella re ipsa videmus ⁊ manibus vt aiunt damna nostra dolen/
di. S. causas palpamus. Si enim reuerendissimi. D. ⁊c. grauita/
tem fidem constantiam animi magnitudinem innocentiam an/
tiquam frugilitatem in summa felicitate ⁊ culmine potentie con/
tinentiam in rebus agendis prudentiam. intelligendis doctrinā
in explicandis eloquentiam in iudicandis iusticiam. ⁊ omni la/
be vacuam mentem. si eius bonitatem ieiuniorum et totius vite

regularem quandam austeritatem morum integritatem religio/
nem in pauperes Christi piam mentem largam manum multum
subsidium. Si deniqꝫ singulas eiusdez actiones omni prorsus mē
da carentes omnes eius vite partes perfectissimas omni officio
⁊ pietate exornatas animo expendere voluerimus ipso vita fun/
cto non vnum Cardinalem tantum obijsse sed omnem recte vi/
uendi normam omnes virtutes omnesqꝫ bonas artes omne dec?
vrbis (nec temere dixerim) orbis in summum distrimen addu/
cta ⁊ collapsa esse iudicabimus. Natus in ciuitate Narnie ex no/
bili erulorum familia adhuc puer nihil plebeuz nihil populare ni
hil leue nihil comune cum studio atqꝫ vsu imperite multitudinis
nihil contemnent?m pre se tulit. sed sobriam a turbis grauitatem
seuam vitam singulare pondus ⁊ vt fuit compositus moribus in/
genio acri fecundo ⁊ splendido future probitatis sue iudicia ma/
nifesta prestitit. primus imbutus litteris ⁊ his quas humāitatis
vocant ꝙ hominum genus exornent ⁊ sociale reddant iuri ciui/
li in gymnasio perusino similiter iuri canonico operam vanauit
atqꝫ etiam operam quidem vt breui tempore spacia multa immen
sos inquaz codices iuris dimensus in alma vrbe hac doctorali in
fula decoratus iuri ciuili publice legēdo prefectus fuerit. Deinde
cum plurimum eius celebritate nominis ⁊ litteratura vniuerse ac
cademie personarent in studio Bononiensi iuris ciuilis cathedre
prefectum est. senarumquoqꝫ gymnasium sua auctoritate ibi legēs
exornauit. a pontifice maximo post hec Eugenio reuocatus in eo
dem munere legendi cum maximo splendore ⁊ gloria in hac vrbe
versus est. Nihil est quod doceri quisꝙ in iure vellet quod ille
non posset ꝙ facilime exhibere argute ⁊ subtiliter disputantez di
lucide ⁊ vere iuris nodos explicantem acriter ⁊ ardenter causas
agentem grauiter ⁊ sapienter consulentem laudabant omnes. ve
nerabantur omnes. admirabantur oēs. Nec tamen interea dū
interpretan̄. iuribus sese indulget ab aliquo officio aut preclara
actione vocauit. Quinimmo Aristotilis primo ethycorum animo
versans nullam in re humana certitudinem tantam esse quanta

est in operatione scdm virtutem que stabilior quoniam scientia p
manet iusticie ministrande. pauperum et oppressorum patrocinio
ecclesiarum tutele intendit nihil sibi indulgens. nulli labori par-
cens. nullius vultum aut potentiam metuens. ita vt et doctrina et
integritate huius patrie communis que totius orbis est caput pri-
marius haberetur Tanta virtutum prestantia tam sanctis mori-
bus Eugenius quartus adductus est vt illũ in iuuenili etate au
diendis causis que ad curiam hanc deuoluuntur et rotandis vn-
de auditores rote nuncupantur. preponeret vt luceret lux sua co-
ram hominibus et sua bona opera viderent. in quo munere taz re
cte tam seuere manus suas ab omni munere excutiens omni pror
sus affectu carẽs se gessit. vt illi grauissimo ordini in quo ego rẽ.
pro maximo munere acceptum sit. qui vir tantis eorum collegio
quandoqz aggregatus fuerit. huic quoqz idez eugenius monaste
rium quoddam diocesis perusine ampli census motu proprio co-
mendauit quod ipse post biennium mortuo eugenio nullis fructi
bus in suum vsum acceptis sed multis in vnum collectis et succes
sori seruatis dimisit magnum sane argumentum humilitatis bo
nitatis et liberalitatis vt cum alij ambitu maximo beneficia que
rant adeptis auide nimis immo auarissime inhereant et vtantur
ita vt immaturos sepenumero fructus deuorent et ingluceant ec-
clesiasqz debitis honorent immensis vltro abbatem abbatiam lo-
cupletiorem affectam et fructibus plenam a se hic pater reueren-
dissimus abdicauerit. Eugeniumquoqz imitatus Nicolaus quin
tus referendarium hunc sibi deleget. Et cui clauum omnium ex-
peditionum quam signaturaz vocant committere minus sane in
quo et integritas et doctrina plurima desideratur. eundemqz breui
admodum tempore nihil tale cogitantem. Spoletanum episcopũ
cum patrum qui tunc in ecclesia sancte Potentiane missarum so-
lemnitati interfuerant assensu et plausu acriori declarauit. quod
quidem vrbe spoletañ. faustum felixqz fuit quandoquidem eccle-
siam illam auxerit ditauerit multifariamqz exornauerit. vrbis ve
rus pastor non mercenarius in eorum afflictionibus murum se


opposuerit multis elemosinis et largitate eos adiuuerit· illiusq
populi semper defensor extiterit. cancellariamquoq apostolicam
a qua tota hec curia et totus ferme orbis pendet· sapientissime et
modestissime sub eodem pontifice rexit vrbis vicarius per tem/
pora Nicolai Calixti et Pij summa cum homini predicatione exti
tit· Demum cum per tot munera velut aurum in fornace proba/
tus esset· Eumq choro Cardineo dignissimum omnium ora con
clamarent diuino et sapientissimo Pij secundi pontificis iudicio
in sanctissimum fratrum suorum cetum assumptus est· Breuiq
tempore Perusine ciuitatis et ducatus legatus destinatur dehinc
ad Sabinensem episcopatum translatus fuit quibus dignitati/
bus illustratus maiore robore solercia consilio maiore industria
modestia et constantia maiore fide sanctim onia et caritate san/
ctam matrem ecclesiam eiusq filios pauperes christi in tribula/
tione laborantes vniuersum clerum omnemq rem publicam chri
stianam quam prius complexus est · ita vt per singulos gradus
cum dignitatum incrementis virtutes quoq suas quibus nihil
addi posse videbatur incrementum mirum in modum suscepisse
omnes faterentur·tanto cum ardore et animi cum affectu ad ec/
clesie sancte vrbis et orbis patrocinium decus et firmamentum fe/
rebatur vt ex rubeo gallero igneum et seraphicum zelum quendã
caritatis capiti suo impositum et ad intima vsq precordia dela/
psum quo arderet et totus inflammaretur · liquido demonstra/
ret traditiones apostolicas Jmmo christi redemptoris nostri te/
stamentum et hereditatem conseruans qui dixit pacem meam do
vobis pacem meam relinquo vobis·illam ipsam opulentam here
ditatem pacis totis conatibus custodiuit vnitatem sancte ma/
tris ecclesie illibatam quo potuit ingenio seruauit· sanctuarium
dei polui passus non est·odia hominum simultatesq tum publi/
ce tum priuatim extinxit: Ciuiles factiones populare sue seditio/
nes sua auctoritate repressit. quicquid arduum ex maioribus cau
sis ad hanc sanctam sedem deferebat͠ grauissimo et equissimo iu
dicio anĩ sui subiciebat͠ incredibili ambitu mẽdicatis ne dixerim

plo extitit humanus. Comes & quod in tanta rerum licentia ego plurimi facio: manus suas ab omni labe innoxias custodiuit. Colebat eos qui coli digni viderentur. Omnes vero quencq pro gradu atq mensura sua singulari cum beniuolentia diligebat. Et cum ab omnibus amaretur coloreturq: Medio in ipso fortune flatu: ecce repente concidisse videtis. O vita fallax. Vita erumnosa. Vita misera. Quid tam diu filios hominum falsis ymaginibus dilusos vanisq spebus ne quicq alligatos detines? Ecce iste auro nittens. gemmisq refulgens: omnibus fortune bonis munitus / valatusq erat: & regius gener & dux / vrbisq prefectus. Quid tandem? Mane floruit. Vespere decidit atq aruit. Siquidem fortune sue muros crudelis mors irrumpere non cunctata est. & ille tametsi paruo in corpore animo & virtute robustus: restitit quidem ei. Sed mors quem concite superare non valuit: paulatim fregit atq extinxit. ipse vero vt erat vir bonus & nature mitissime medio in ipso conflictu animum in vtrunq composuit: aut superare si posset: aut certe in timore domini atq vt christianum principem decuit dixe occumbere morti. Igitur signo crucis armatus: sacramentisq imbutus: comigraturus ad superos: viaticum salutis summa cum religione suscepit. Et sacro tandem perunctis oleo: perceptaq indulgentia salutari: sensu vigens lucrum sibi cum Apostolo mori ratus: quasi repudiaret corruptibilem sponsam: vt copularetur eterne. Letus ac si abieret ad nuptias animam exalauit. Quis igitur hoc funus lachrimis agat? quis lamentis hunc mortuum prosequatur? Luctuq decoret? Et quasi inter mortuos querere viuentem velit? summo quiescentem suo flectibus inquietet? Non est enim mortuus: sed dormit. requiescit quippe a laboribus suis: & opera quidem eius sequuntur illum. Nam beati sunt qui in domino moriuntur. Vos ergo quos quasi orbatos domino patronoq destitutos nostro mestos inspicio: moneo atq hortor. ponite fletus siccate lachrimas luctusq omnia fugite pompam / ne pro vestris incomodis potius q pro eius interitu qui ad vitam profecto est / dolore videamini. Non q ausim mox vita


defunctum referre in sanctos interq; celites absq; purgatione collocare. Nam et si in gremio sancte parentis ecclesie natus educatusq; fuerit: cursumq; sue pere grinationis cum pietate absoluerit terret me tamen incredibilis illa multitudo debitorum que obnoxios tenet omnes filios Ade. Sed si ei nondum pateat additus ad tabernacula domini: non parum sane est: si vel in atrijs demoratur. Superauit procellas maris: euasit vniuersa pericula ponti: et ligno vectus in quo salus pependit nostra: portum attigit: securitate potitur: breuiq; futurum est: vt ingressus hierusalem ciuitatem celestem: beatorum ciuium felici societate congaudeat. Interim vero iuuandus est. At non lachrimis: orationibus enim nō fletibus eget: Sacrificijs non singultibus. Te igitur clementissime deus pro peccatis famuli tui Leonardi supplices deprecamur Parce domine parce: ne memineris delicta iuuentutis, neq; intres in iudicium cum serno tuo: sed super exaltet misericordia iudicium et commiseratio tua deleat omnes iniquitates eius. Sana domine sana animam meam confitentem tibi. Et si que reliqua sunt vulnera delictorum: adhibe propitius medicinam quam in cruce confecisti. Asperge eum sanguine tuo: purifica aqua lateris tui: vt niue candidior factus: ebore antiquo rubicundior: Safiroq; splendidior in eterne quietis sedibus collocari dignus habeatur. Amen.

¶ Finis.








cm
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15